

## C O N C I L I U M C O N S T A N T I E N S I S

concilium de papatu electis, similiter cedentibus, ac etiam in quocunq; casu haberet D  
 posse unio, si popondit, iuravit & uenit. In quo patuit effectus religiosæ pietatis & ue  
 ri patris ad filios debita compassio. Nam si uera mater probatur per Salomonem,  
 a Reg. 1.  
 quod maluit materno carere titulo, quam puerum permettere funestæ sectio  
 ni: quanto magis summus pôtissimum paternam affectionem patefecerit, si ecclesiæ iam  
 diu lamentabiliter diuisa reintegrationi, suum dominatum posthabuerit atq; præ  
 sidentiam itaq; non modo cum mente & intentione sacri concilij, uerum etiam cum  
 ppi; desiderijs totius Christianitatis & cunctorum mortaliuum, quos nulla istuc agitat  
 uelut uita, his uotis atq; iuramentis ueltra sanctitas uidetur egredi. Non quod in hoc fa  
 ctu electis de papatu sit deferendum, quamvis & eorum animas in domino lucifa  
 cere satagere debet: sed quia tot populus & regnum ac nationibus illos sequentibus,  
 & fortassis in alterationem immeas discrepationis alias uenturæ, consuli oportu  
 it: quorum salutem, uestræ præsidentiæ in uotis & iuramentis prætulisse ui  
 demini. Quod si operis ab effectu probatum prosecutum p; fuit, quâdiu terrenum  
 orbem mortale genus attoller, ueltra laudes celebrabit omnis artas. Et pro abdi  
 catione honoris momentanei, cum merito p; r; m; s; p; s; p; t; erit uobis paratum  
 nomen cæteris longe glorioius. Verum beatissime pater in hac re nos unus mouet  
 scrupulus, q; audiuimus ueltram sanctitatem à Constantia Sacrae habuimus secessisse. E  
 Non enim est ille locus potior ad amplitudinem sacri concilij ac tantam rem gerendam.  
 deinde Constantia per ueltram sanctitatem fuit electa, & per ueltram obedi  
 entiam humiliter recepta, cæteris etiam gratior uidebat, ut pote gravis, locuples,  
 ornata ciuitas. Nec uidetur quomodo tali vulneri medelam afferre possit hæc mu  
 tatio. Postremo in ea urbe ueltra sanctitas habebat amissimum, Christianissimum  
 & inuidissimum Imperatorem, qui tranquillitatem & securitatem præstare pote  
 rat & iniurias omnes propulsare: habebat sacrū collegium cardinalium, quod non  
 modo pro securitate ueltra, uerum etiam pro honore uastro atq; gloria usquequaque  
 decertasset: habebat deniq; totam ecclesiam sibi obediētem, longe cæteros superan  
 tem. In qua erat non minima Galliarum natio, quæ non minimo quidem uerbo ue  
 stram sanctitatem offendi permisisset. Vbinam igitur sanctissime pater persona ue  
 stra celebrius, securius atq; deuotius tractabitur, quam in urbe uobis denota, p; uos  
 electa, cum ecclesia ueltra, cum imperatore Christianissimo, & cū cæteris de uestris  
 uotis & iuramentis sanctissimis ueltræ clementia omni die congratulantibus? Non  
 est alius ignatus res tam rudis in re Christiana, tam nihil unquam de publica pa  
 ce ac salute cogitans, quin intelligat, ubi in sacramento pacis dandæ manebit sancti  
 tas ueltra concilium sacrum ac eius partes uniuersas omnem reverentia culum, quæ  
 mortale mortalitati p; r; f; s; est, ueltræ personæ p; r; b; t; uras. Postea cogitet sancti  
 tas ueltra, clementissime pater, quid est in tractatu quærendæ pacis à sacro concilio  
 discedere, quid dissidere. An primum suspectum? an secundum damnatum? Et si p;  
 ab; lis discedendi caperetur occasio, nulla tam inueniretur dissidendi. Quod si hoc  
 uelle quisquam ueldebuit oppugnatiuum, uiderit ne sacri Pisani concilij ualidius cal  
 lidi sentiant inconcusa fundamenta. Absit beatissime pater, ut in tanta re sanctitas  
 ueltra à sacro concilio discordet, hoc enim esset ab ecclesia dei discordare, absit à glo  
 ria nominis uestri, q; sacrum concilium sine præfentiua ueltra rem tam grandem tra  
 cet uel terminet. Vestri est sanctissime pater, ut nullum in hac re habeatis priorem,  
 nec perseuerando fortiorum. Propterea supplices uelstram sanctitatem oramus, & p;  
 sanctam ecclesiam extra quam quis se ponit, se perdit, obsecramus, ac etiam per pacem  
 aspersoris sanguinis Iesu Christi uobis pater obtestamur, ut uiscerū misericordiæ  
 dei nostri memores, in sacris uotis & iuramentis uelstris maneat: & Constantia ad  
 uestros fratres & filios deuotissimos, immo ad ecclesiam dei & uelstram redeatis, ouia  
 li dominico papatus ambitione & dominandi libidine turpiter diuiso, pacem univer  
 salem cum concilio ecclesiæ illuc congregatæ daturi. Nec in hoc adduxerit sanctitas  
 tem